

17. Gall. 1. obstr. 100. Tuld. in C. hoc tit. num. 4.

*Sive capto bonis quasi debitori*) Quia cujus bona ex edicto possidentur, ejus fama & estimatio cum bonis simul possidentur, ut ait Cicero pro Quir. cap. 17. Est autem hæc injuria realis, cui similis species est, quæ proponitur in l. 10. hoc tit. Ait, ab eo qui intelligat, nam injuria, ut in hoc argumento accipitur, non fit sine proposito & affectu facientis, l. 3. §. 1. hoc tit. (1)

*Ad infamiam alicujus libellum, aut xamem*) Ad injuriam verbalem cum plerisque reclusimus etiam eam, quæ scriptura fit, cujus species atrocissima est famosus libellus, sive, ut veteres locuti sunt, *malam cæmnam*. Nunc vulgo *Paquinus* vocatur ex eo, quod Romæ ad truncam Paquini cujusdam statnam hujusmodi scripta affigi soleant. Poena mali cæminis ex lege XII. Tab. capitalis fuit, ut apparet ex loco Ciceronis 4. de Republic. quem citat Augustinus 1. de civ. Dei, cap. 9. Nunc, inquit, XII. Tab. tam præcipua res capita sanantur, in his bene quoque sancienda putaverunt, si quis cæmen candidius, quod infamiam faceret, agniturus alteri. Præclar. Judicis enim ac Magistratum disputationibus legis hæc præcipua sunt: nec proderunt audire, nec ea lege, ut respondere licet, & iudicio defendere. Sed poena capitalis poena sublata videtur: nam lege Cornelia auctor famosæ cæminis inexcusabilis esse jubetur, l. 1. §. 1. hoc tit. ubi Ulp. scribit: Si quis libellum ad infamiam alicujus pertinentem scripserit, comparaverit, ediderit, dolose mala fecerit, quo quid verum sit, etiam si alterius nomine, nisi de eo ediderit, vel sine nomine apertè scilicet, et si condemnatus sit, qui id fecit, inexcusabilis ex lege esse jubetur. Novissime id iterum capite sociorum posteriorum Principum constitutione, quæ existit in l. 1. C. de sumis. libell. qua constitutione eadem poena etiam in plebi jubetur, qui libellum inventum, quem abolere debebat, in noticiam aliorum prouit.

Quid ergo si auctorem indicaverit? Idem adhuc dicendum cenet Salicetus in d. l. 1. de hoc. non quod auctorem edens puniatur, quam ipse auctor sit, sed ut delictum proprium et quoque utrumque flagitiosum esse se compoete famosum libellum, & publica-

re. Verum hæc alijs displicet, & merito. Nam illum demum lex punit, quem auctorem esse præsumit. Indicanti vero auctorem etiam premium alibi decretatur, l. 7. §. 1. hoc tit. ita ut hoc esse factum competeret invidiam non abolit scripti: cum nec convinci auctor possit, si scriptum aboleatur, ut disputat Dr. Tuld. hic, cap. 11.

Ceterum cum demum pro capite prædicta constitutione impudat, si in libello capitali aliquid tamen obijciatur ad credendam alicui periculum. Tunc enim talis in locus est, ut eadem animadversione coerceretur auctor, qui coerceri meretur crimen illud, quod in libello obijciatur. Alias vero mitius & poena extraordinaria hoc genus petulantiæ vindicatur, secundum Gloss. Petr. Cyn. Salic. Angel. in d. l. 1. un. Gom. 1. 111. l. 1. num. 1.

*Qui interfam. aut preteritum preteritaneum ostendat*) Accidat, qui tacite frequenter sequitur. Assidus enim frequentia quasi præbet nonnullam infamiam, Ulp. l. 17. §. 1. hoc tit. Quibus vestis in iudicio Jurisconsultus significat, affectationem propterea suspens esse, quia videtur quis assuetæ femine pudicitiam offendere (1). Materfamilias dicitur: Quælibet mulier honesta, sive supra sit, sive vidua, l. 1. prænullat. cum 45. §. 1. de verb. signif. Preteriti dicitur: Qui preterita adhuc & multa atque habent: quod fiebat usque ad annum decimum septimum; quo tempore togam virilem sumebant deposita præterita parvili, ut meminit Cicero in probris Lellii. Hinc 2. 1. 1. mores preteriti Juvenali satyr. 1. veri. ut. sermo preteritatus, qui alius est sermo aperte obscærum, Sueton. in Frig. cap. 11. Macrobi. 2. Saturn. 1; alius qui nihil obscenitatis habet. Vid. Budæum ad l. 1. de Senat.

*Pudicitia attentata*) Attentati pudicitia alicujus dicitur, cum id agitur, ut ex pudico impudicus fiat: & qui attentat, injuriam facit, atque hæc actio tenetur, l. 9. §. ult. cum l. 1. §. hoc tit. (2) hoc enim ipso significat, se jam opinionem aliquam de inconstanti mrum ejus concepit. Preter appellandi verbo nunc est, ut apparet ex d. l. 1. §. appellare 10. Et §. aliud 11. Appellare, ait ibi Jurisconsultus, est: Manda rationi alterius pudicitiam attentare, Quod

(1) DiB. l. 1.

(2) DiB. l. 1.

(1) DiB. l. 1.

quidem non est convitium facere, sed alia verbalis injuria.

«IN HISPANIA, licet in *vers.* Pero d. 1. 1. tit. 9. P. 7. generaliter statuatur, veritatem probatam convitii excusate injuriantem ab omni poena: tamen Interpretes nostri distinctionem probant, quam nuper num. 2. hujus §. tradidimus ex Romanorum jure, D. Covar. lib. var. cap. 11. num. 6. cum seq. Gom. 3. var. cap. 6. num. 2. & ibi Ayll. cum aliis, Maymò hic tit. 2. 3. Cæterum rationes dux, quibus expresse nititur decisio d. l. 1. haud facile admittunt distinctionem istam, ut fatetur Greg. Lop. in gl. 7. ejusd. l. 1. prope fin. licet in principio ipsius gl. justitiam laudatæ distinctionis agnoverit. Si autem injuria scriptis fiat, criminis objecti veritatem non excusare injuriantem cautum est d. 3. d. tit. 9. Idemque statuit l. 1. de eo, qui injuria affecerit suum ascendentem, patronum, dominumque.

«Insuper d. l. 3. expresse probat opinionem Glos. de poena famosi libelli, quam sup. num. 8. retulimus, dum statuit eos, qui famosum libellum componunt, scribunt, aut aliis ostendunt, eadem poena mortis, exilii, aliave puniendos, quæ crimini in libello objecto respondet.

### TEXTUS.

Quis & per quos injuriam patiuntur.  
De parente & liberis, viro & uxore, socero & nuru.

2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed etiam per liberos suos, quos in potestate habet: item per uxorem suam; id enim magis prævaluit. Itaque si filia alicujus, quæ Titio nupta est, injuriam feceris, non solum filia nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque & mariti nomine. Contra autem si viro injuria facta sit, uxor injuriarum agere non potest. Defendi enim uxores a viris, non viros ab uxoribus, æquum est. Sed & socer nurus nomine, cujus vir in ejus potestate est, injuriarum agere potest (1).

### COMMENTARIUS.

**P**atitur quis injuriam non solum directo per se, sed etiam oblique per alias personas. Per alios patiuntur, pater per liberos, quos in potestate habet; dominus per servos; maritus per uxorem; socer per nurum, cujus vir in potestate ejus est. Etenim ad nos quoque spectat injuria, quæ iis fit, qui vel potestati, vel affectui nostro subiecti sunt, l. 1. §. 3. hoc tit. Injuria funeris testatoris vel cadaveris post aditam hereditatem facta, heredi quodammodo facta censetur. Semper enim heredis interest defuncti existimationem purgare. Idemque est, si fama ejus, cui heredes extitimus, lacessatur (2). Si vero id ante aditam hereditatem fiat, magis hereditati fieri videtur, & sic heredi per hereditatem acquiritur, d. l. 1. §. 4. & §. 6.

*Per liberos, quos in potestate*) Hic immediate ipsis liberis fit injuria, & mediate per liberos patri, qui & suo & liberorum nomine injuriarum agit. Nam & ipsi quoque filio injuria fieri dicitur, persecutio tamen injuriæ patri tantum datur, non filio: nisi pater aut præsens non sit, aut si vilis abjectæque conditionis persona, l. 17. §. 10. cum §§ seqq. l. 41. hoc tit. l. 2. C. eod. Adde tertium, nisi pater præmortuus sit. Itaque quod dicitur in l. 2. §. ult. eod. filii fam. actionem competere, sic accipiendum est, ut tamen solus pater eam suo jure exercent. Quod ex eo etiam intelligitur, quod pater illam filio injuriam remittere & condonare potest, d. l. 17. §. 11. Plane ex lege Cornelia pater injuriarum non agit, sed ipse filius; patri autem prætoris actio competit, l. 5. §. 6. & seq. eod. Usque adeo autem injuria, quæ liberis nostris fit, ad nos pertinere intelligitur, ut etiamsi illi ultro quid injuriosum patiantur, adhuc tamen nostro nomine eam injuriam persequi nobis liceat, d. l. 1. §. 5. l. 26. eod.

*Per uxorem*) Etiam per uxorem injuria intelligitur fieri marito. Et ideo non tantum uxor, si sui juris est, injuriam sibi factam exequi potest; sed etiam maritus suo nomine agere, tanquam per latum uxoris sibi quoque simul injuria illata sit, l. 2. §. ultim. l. 11. §. 7. l. 18. §. 2. eod. quod in sponso quoque & sponsa receptum est, l. 15. §. 24. eod.

Fi-

(1) L. 9. d. tit. 9. P. 7.

(2) L. 13. eod. vers. E aun.

*Filia alienus, que Titu nuptia*) Hic igitur ex una injuria tribus personis actio nascitur, Titio marito, uxori Titii, & patri uxoris, neque ullius actio per alium committitur, d. l. 1. §. ult.

*Uxor injuriarum agere non potest*) Si vero facta sit injuria, uxor non agit, l. 2. amb. Cujus rei causa haec esse videtur, quia uxores virorum, non contra viri uxoris dignitatem participant, l. 6. de Senat. Quare qui uxoris dignitatem violat, simul mariti dignitatem, quae in ea inest, violare intelligitur: non contra: Ita i. l. iij. §. 2. spali vlt. juris, quoniam vir caput est mulieris, Paul. ad Epist. cap. 7. vers. 25. Plene si injuria mariti facta, directo quoque tendat ad contumeliam uxoris, veluti si quis maritum appellet leonem uxoris suae: hoc casu etiam uxori actionem competere, statuit Interpretes.

*Sed et mater, &c.*) Itaque nomine injuriae factae filiosam, nuptae filiosam, quatuor personae actionem habebant, illa ipsa, pater ejus, & maritus, & mater, per haec text. contra quem socero actionem denegat D. Tuld. cap. 9.

•• IN HISPANIA, cum l. 9. tit. 9. P. 7. vjor Romanorum probas, duobus actio- nem injuriam patri concedat ob injurias illatas liberis, quos in potestate habebat: deneganda erit vero et uxore: quia ut expe dicimus in lib. 1. patria potestatis solvitur apud nos per matrimonium filii: quod & mox Greg. Loj. in par. 7. d. 24. §.

## TEXTUS.

## De servo.

3. Servis autem ipsi quidem nulla injuria fieri intelligitur, sed domino per eos fieri videtur: non tamen eisdem modis, quibus etiam per liberos & uxores; sed ita quom quid atrocius committum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit: veluti si quis alienum verum atrociter contumelioserit; & in hac casum actio proponitur. At si quis servo contumeliam fecerit, vel pugno eum percussit; nulla in eum actio domino competit (1).

## COMMENTARIUS.

Un hi doctores: 1. servis, quae servis, non intelligi injuriam fieri: 2. den contemptos se pro nullis habitos apud Romanos fuisse. Proinde si servo contumeliam factam sit, aut pugnis impulsus, de domino quidem actionem injuriam competere convenit, l. 15. §. 44. nec ill. 2. si quid atrocius in servum admissum fuerit, & quod aperte ad contumeliam domini respicit, dominum suo nomine injuriam agere posse, quia hic non servo, sed ipsi domino injuria illata sit, d. l. 15. §. 37. Et quibus efficitur, leviozem injuriam servo factam, veluti si leviter percussus sit, vel maledictum est leviter, ad indignationem domini factam non videri: alioquin atque domino actio daretur, d. l. 15. §. 35. junct. §. 44. Deinde ut atrocioris quidem vindicari, nisi appareat, eam servo factam in contumeliam domini. Et hoc quidem efficit summi juris ratio, quo servi pro nullis habentur. Ceterum Praetor, ut passim, ita hic quoque aequitatem servans, graviozem injuriam, licet servo factam, & citra contumeliam domini, inultam non relinquit. Et nec hoc periculosum, inultum prioris manere, si quid atrocius privato odio & libidine in servum sit designatum, igitur hoc casu dominus injuriam servo factam persequitur nomine servi, d. l. 15. §. 34. cum seq. & §. 43. cum seq.

## TEXTUS.

## De servo communi.

4. Si communi servo injuria facta sit, aequum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, actionem injuriam fieri, sed ex dominorum personis, quia ipsi sit injuria.

## COMMENTARIUS.

Ob injuriam servo communi factam singulis dominis pro ratione dignitatis ipsorum actio datur. Cujus rei summa aequitas est: nam quod in disjunctis valet, etiam in conjunctis valere par est. De-

(1) Dig. l. 9. tit. 9. P. 7. vers. Peto.

Denique si ubi major est dignitas, ibi major & atrocior injuria infertur, §. 9. *infra eod.* iniquum esset, duobus impari dignitate prædictis paræm injuriam interpretari. Quod si alterius injuria major est (cum forte is Senator sit, alter persona humilis), majorem quoque pœnam statui oportet. Neque obstat, quod ex *Pedio Paulus* refert in *l. 16. eod.* non esse æquum, in casu proposito pro majori parte condemnationem fieri, quam pro qua quisque dominus est: quoniam ibi non queritur, utrum ex persona dominorum injuria æstimanda sit, an pro portione dominica; sed utrum id, quod in fine *legis præcedentis* dictum erat, omnes dominos actionem habere, sic accipiendum sit, ut omnes habeant in solidum, an pro parte dominica duntaxat: & respondetur, actionem quidem omnes habere, sed non pro majori parte, quam pro qua domini sunt. Ex quo minime efficitur, in æstimanda ea portione, personam & qualitatem dominorum non simul spectari: imo verba *Pauli* contrarium arguunt, cum portiones officio judicis æstimari dicit.

## TEXTUS.

## De servo fructuario.

§. Quod si usufructus in servo Titii est, proprietas *Mævii*, magis *Mævio* injuria fieri intelligitur.

## COMMENTARIUS.

**D**octrina hujus §. intelligenda est in re dubia. Nam si aperte in contumeliam usufructuarii servus verberatus sit, usufructuario injuriarum actio datur, *l. 15. §. pen. hoc tit.*

## TEXTUS.

## De eo qui bona fide servit.

6. Sed si libero homini, qui tibi bona fide servit, injuria facta sit, nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit: tunc enim competit & tibi injuria-

ram actio (1). Idem ergo est & in servo alieno bona fide tibi serviente, ut toties admittatur injuriarum actio, quoties in tuam contumeliam injuria ei facta est.

## COMMENTARIUS.

**S**i is, qui nobis bona fide servit, injuria facta sit, si quidem liberi sunt, nulla nobis actio competit, sed ipsi suo nomine experiri possunt: sin servi alieni, dominus injuriarum agit. Sed & hic si in contumeliam nostram pulsati sunt, non domino, sed nobis actio datur, *d. l. 15. §. antepen. & pen. eod.* His consequens est, ut si famulo, mercenario, procuratori, vel subdito alicujus injuria facta sit, dominus ex hac injuria non aliter agere possit, quam si in ejus contumeliam illata sit, verbi causa, mandata ejus exponentibus vel exquentibus, *Gom. 3. resol. 6. num. 6.*

## TEXTUS.

## Pœna injuriarum ex lege XII. Tab. &amp; ex jure pratorio.

7. Pœna autem injuriarum ex lege XII. Tab. propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummaria pœnae erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea Prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare, ut *judex* vel tanti reum condemnaret, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit (2). Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex lege XII. Tab. introducta est, in desuetudinem abiit: quam autem Prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur), in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem crescit aut minuitur æstimatio injuriæ: qui gradus condemnationis & in servili persona non immerito servatur, ut aliud in servo actore, aliud in mediæ actus homine, aliud in vilissimo vel compedito jus æstimationis constituitur.

COM-

(1) *L. 10. d. tit. 9. P. 7.*(2) *L. 21. eod. vers. E si pidiere.*

1. Injuriarum poena ex lege XII. Tab.
2. Instituta Praetorum quomodo injuria iudicentur.

**I**njuria & legibus tractentur, & editio Praetoria. Lex antiqua XII. Tab. de omni injuria nominationem cavet, de carmine seu libello famoso, de membro rupto, de osse fracto, deque ceteris injuriis omnibus, quae vel verbis fiunt, vel manu extra membri assidue rptionem, ut constat ex Gellio lib. 10. cap. 1. & Paulo lib. 1. tit. 4. De poena famosi libelli dictum superius §. 1. *h. r. r.* Ob membrum ruptum lex poenam talionis constituit: ob os fractum, pecuniarum; uti & ob reliquas injurias leviores, quas quinque & viginti assibus assitit; nam atrociores, ut de osse fracto, impensiore damno vindicasse, pecuniaris tamen, idem *eodem loco* Gellius testatur: cui & Justinian. contentis: sed neuter numerum exprimit. Purat Honorianus, hujusmodi injuriam in homine libero trecentis assibus: in servo centum & quinquaginta vindicatum: alii tot restitutionis poenam fuisse volunt. Sed non est quod de eo solliciti simus: quoniam poena legis XII. Tab. oju cooleverunt, aliaque poena a Praetoribus substituta est, de qua mox videbimus. Ceterum & lex Cornelia, quae nunc hunc, injurias coercet. Vid. §. 19. *Talis erat*) Talio similem seu reciprocam persequitionem significat. Impp. dixere reciprocam poenam, l. 1. *C. Theod. de exlib. rest.* Itaque per talionem partem vindictam lex permittit quod etiam legi Moysi consentaneum est, *Exod. 21. Levit. 24. Deut. 19.* Joseph antiqu. 4. cap. 8. Inestatur hanc poenam ut iniquam omnisque aeternam & cujus executione ne procedere quidem possit, Phavoribus Philostophus apud Gell. lib. 10. cap. 2. Cui occurrens Sextus Caecilius ait, necesse non fuisse, ut reus talionem pareretur, nisi tam ipse elegeret: quippe qui ex lege facultatem paritacadi habuerit. Sed & talionem ipsam, si reus depacisci nollet, & acerbissimam talionis mereres, ad estimationem pecuniarum arbitrio judicis redigi necessario solitam. Nam si reus, qui depacisci noluerat, judicis talionem imperanti non parebat, estimata licet in pecuniam damnatum: atque ita al pro & pacio gravit & aeterna talio via *Tom. II.*

ferat, severitatem legis ad pecuniae mutam rediisse. Verba legis haec sunt: *Si membrum rumpit, si cum eo percit, talio erit.* testibus Gellio d. loc. & Festo in verbo *Talio*.

*Exprim ut fractum*) Singula ista membra non conviciunt. Nam, verbi gratia, caput, quod unum membrum numeratur, complura & varia ossa habet. Itaque os fractum etiam sine membri rptione potest.

*Nummaria poena*) Uti & ob ceteras injurias minus atroces: sed poena omni fracti longe gravior erat, quam reliquarum, quae tantum viginti quinque assibus, ut supra demonstravimus.

*In magno veterum pauperata*) His verbis Tribonianus innuere videtur, poenas illas nummarias non fuisse valde graves: ceterum magno satis veteribus visas in magna rei nummarie poenit. Unde D. Tullentius se aliquando respondisse refert, multas, quae antiquis urbium Belgicae constitutionibus adversus percussiones aut vulnerantes aliquam diriguntur, hodie non obidere. Nam apud majores nostros ut aliarum rerum beatiam & facilem copiam, ita numerorum longe quam hodie minorum fuisse. De maximo veterum Romanorum sub Servio Rege censo, vid. Dion. Halicarn. lib. 1. Gell. lib. 11. cap. 1. Plin. lib. 11. cap. 3.

*Sed poena Praetoria*) Injuriarum poena instituta Praetorum poena ei, cui facta est, deinde arbitrio judicis estimanda permittitur: ne scilicet is, qui injuria est affectus, ita dicat: *Injuriam mihi factam centum aureis aestimo.* Juxta deinde moderetur & refranet taxationem actoris. (1) Hac poena recepta, legitima ab usu recessit, Quae Libero apud Gellium d. lib. 10. cap. 1. refert, fuisse quendam Lucium Veratum hominem insigniter improbum, qui pro delectamento habebat, os hominis liberi manuum suae palma verberare: cum secutum servulum exumeriam assium plenam portitarentem, & quemcumque depalmaverat, ei numerari statim secundum XII. Tab. assis jubebat. Propterea, inquit, Praetores hanc poenam abolerere & relinqui sentierunt, injuriisque estimandis recuperatores se daturum edixerunt.

*Secundum gradum dignitatis vitaeque honestatis*) Estimatis injuriis pro ratione personae, cui facta est, classisq. submissionis: ut accipit. Idque in persona servi quoque locum habere, tradit *hic* Justinianus. Nimirum injuriam etiam servo factam pro honestate

Rt

7. 202

(1) *DIG. l. 25. §. 1.*

aut vilitate muneris, cui a domino perpo-  
situs est, aut vitæ mortumque, plurius aut  
minoris æstimati: majorem enim domino  
injuriarum fieri intelligi in seruo bonæ frugis,  
in dispensatore, quam in male notis, in me-  
diastino aut qualiquali, l. 1. §. 44. *hoc sit.*

## TEXTUS.

### Ex lege Cornelia.

8. *Sed et lex Cornelia de injuriis lo-  
quitur, et injuriarum actionem introduxit,  
quæ competit ob eam rem, quod se pulsa-  
tum quis verberatumve, vel domum suam vel  
integram esse dicat. Domum autem accipi-  
mus, siue in propria domo quis habitet, si-  
ue in conductâ, siue gratis, siue hospitia  
receptus sit.*

## COMMENTARIUS.

1. Ex lege Cornelia criminale injuriarum judi-  
cium, sed non publicum constitutum fuit.

**T**res sunt causæ, ex quibus etiam lex  
Cornelia actionem injuriarum dedit,  
quod quis pulsatus, verberatusve, do-  
musve ejus vel integra sit, l. 1. *hoc sit.* Nam  
etiam ad præsentia ad omnes injurias perti-  
nebat, tam quæ manu, l. 7. §. 1. *sed.*  
quam quæ verbis fiunt, eam tamen non nisi ci-  
vilitate intituere licebat. Ex lege autem Cor-  
nelia criminale iudicium constitutum est,  
quamquam postea receptum, ut ex ea lege  
civiliter quoque agi possit, l. 37. §. 1. *sed.*  
Publicum fuisse iudicium quidam putant, sed  
hoc refellit l. 42. §. 2. *de prætor.* Et quod ge-  
neraliter traditum est in l. 7. C. *hoc sit.* cau-  
sam injuriarum non publici iudicii, sed pri-  
vati querelam continere; ideoque nec inter  
publica iudicia vel in l. 1. *de publ. jud.* vel  
in *lit. lit. hujus libri* numeratur. Utique ex eo  
quod in l. 12. *in fin. de accus.* mentio fit legis  
Corneliae injuriarum, non continuo evincit-  
ur, iudicium illud publicum fuisse, execu-  
tionemque injuriarum, tanquam delicti publici,  
paruisse omnibus: quod est proprium iudi-  
cium publicorum. Legem hanc valde videtur  
L. Cornelius Sylla, quo tempore Rem-  
pub. constituebatur, bello civili, & ædium  
impunitate ac proscriptione jactatam.

*Pulsatus vel verberatus*) Oculis scribit, *ver-  
berare* esse cum dolore cadere; *pulsare*, si-  
ne dolore, d. l. 1. §. 1. *hoc sit.* Latine autem  
linguæ consuetudinem qui spectat, facile ob-  
servabit, differentiam illam non perpetuo  
servari. Aliquando tamen & veteres Aucto-  
res distinguunt *vel pulsare* & *vel verberare*, tan-  
quam minus & majus. Vide Car. Andr. Du-  
ker. *de Lat. veter. Juris.*

*Domum autem accipimus*) In lege Cornelia  
domus nomine etiam conductâ & precaria &  
hospitalis intelligitur, d. l. 1. §. 2. unde hæc  
descripta sunt. Denique ad domos omnes lex  
pertinet, in quibus quis non momenti causa  
inhabitat, licet ibi domicilium non habeat:  
tantum enim ad meritoria vel stabula non  
pertinet, d. l. 1. §. 1. *sed.*

## TEXTUS.

### De æstimatione atrocis injuriæ.

9. *Atrox injuria æstimatur, vel ex fa-  
cto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel  
fustibus cæsus; vel ex loco, veluti si cui in  
theatro, vel in foro, vel in conspectu Præ-  
toris injuria facta sit; vel ex persona, vel-  
uti si Magistratus injuriam passus fuerit,  
vel si Senatori ab humili persona injuria fa-  
cta sit, aut parenti patronove facta a liberis  
vel libertis. Aliter enim Senatoris & parentis  
patronique; aliter extranei & humilis perso-  
næ injuria æstimatur. Nonnunquam et locus  
vulneris atrocem injuriam facit, veluti si in  
oculo quis percussus fuerit (1). Parvi autem  
refert, utrum patrifamilias an filiofamilias  
calis injuria facta sit: nam et hæc atrox in-  
juria æstimabitur.*

## COMMENTARIUS.

1. *Pars injuria, Magistratus, officiali qui  
apparuit facta, quatenus extendatur et in-  
tentia interpretum.*

**I**njuria quædam levis est, quædam atrox.  
Quæ sit injuria levis, ex descriptione atro-  
cis simul intelligetur. Atrocem injuriam  
accipimus quasi contumeliositatem & majo-  
rem, l. 7. §. 7. *hoc sit.* eaque vel ipse talis  
est,

est, reque ipsa de facto; vel ex circumstantiis, loco, tempore, persona tum facientis, tum patientis, talis habetur, quamvis per se atrox non sit, d. l. 7. §. ult. cum ll. vq. Atque ex his causis injuriæ æstimationi augeri possent, & pœnæ judicis arbitrio exasperari. Exemplis res illustratur in *erat.*

*Vel ex facto*) In æstimatione vitæ injuria primum factum perpenditur, veluti si volnus illatum sit, si quis fustibus cæsus, aut cuius percussum, d. l. 7. in fin. vel si vestimenta scissa, aut insigne alicui convitium factum, Sec. l. 9. *per rat. eod.* Itaque pro atroce & illa habenda, quæ sit malo carmine, *Lihan. erat. 2. ad Theod.*

*Vel ex loco*) Secundo æstimatur atrocitas injuriæ ex loco, in quo sit: veluti si in theatro alicui injuria fiat, quoniamvis per se non atrox. Nam in tanta celebritate vel qualiquæ contumelia alicui afficeret, facilius est indignissimum. Idem ergo dicendum est de foro & similibus locis, *hoc erat. & d. l. 9. §. 1. eod.* & denique si injuria facta sit ludis aut in conspectu Magistratorum: quæ ad circumstantiam temporis referuntur in d. l. 7. §. ult. *eod.*

*Vel ex persona*) Postremo de personæ reverentia atrocem injuriam facit: veluti si cõ inferatur, qui est in sacerdotio, & dignitatis habitum atque ornamenta præfert, l. 4. C. *hæc sit*, vel si liberi aut liberi parentem patronumve injuria afficiant, vel de plebe aliquis Senatorem, virumve ab sapientiam & virtutem venerabilem, aut si Magistratui injuria fiat, *hoc erat. & d. l. 7. §. ult.* Tertullianus de anima: *Gravis injuria in Præsidem est, cum officia pulsantur: plus creditur qui subit, quando nec qui obsequitur, æstimator.* Hanc autem injuriam etiam capitali pœnæ posse contingere, censent Decius in cap. *ex litteris 11. a. de censur.* Meonch. de arbit. car. 267. quamquam alii interesse putant, utrum Magistratui, ut quilibet, an qua Magistratui, id est, ad turbandam administrationem officii, aut in ultionem condemnationis sit per eum interrogare, aut ad seditionis incidium incitamentumque quis injuriam inferat: id enim in seditionem cadere aut in legem Juliam de vi publica, cujus pœnæ est deportatio, l. 5. l. 10. *per rat. ad l. Jul. de vi pubi.* quibus associator. Vide Talden. tit. C. de pœn. Offendens apparitorum sive Principis, sive senatoris, sive alicujus domini, aut judicis inferioris, gravissime puniendus est, quod ex res ad pu-

blicam utilitatem tendensque Magistratui jurisdictionem pertinet. Sed tamen ex causa aliter atque aliter statui solet. Vid. Ant. Eub. C. *ere, hæc sit. de fin. 2.*

*Locum tenentis*) Latendum atrox injuria consistit ex loco idem, veluti si quis in oculis percussus fuerit, l. 8. *eod.* Nam oculi, ut Plin. lib. 11. cap. 17. ait, sunt pars corporis pretiosissima, qui lucis usque vitam distinguunt a morte, *id est, quæ quædam sunt in oculis, oculorum privatio vitam injuriam efficit*, Basil. *erat. 16.* Sed hæc species ad primam referri potest, quæ scilicet ipso facto atrox est.

*Utrum patris an filiiam.*) Utrum injuria patri an filiam, facta sit, ad æstimationem aut minuendam injuriæ æstimationem nihil interest, d. l. 9. §. 2. *hæc sit.* Cujus rei hæc ratio esse videtur, quod patris aut filiam, non men non est nomen dignitatis.

## TEXTUS.

## De judicio civili &amp; criminali.

10. In summa, sciendum est, de omni injuria eam, qui passus est, posse vel criminaliter agere, vel civiliter. Et siquidem civiliter agatur, æstimatione facta, secundum quod dictum est, pœnæ res imponitur. Sin autem criminaliter, officio judicis extraordinaria pœnæ res irrogatur (1). Hæc videlicet observando, quod Lenoniana constitutio introducta, ut viri illustres, quique super eis sunt, & per procuratores possint actionem injuriarum criminaliter vel persequi, vel suscipere secundum ejus tenorem, qui ex ipsa manifestus apparet.

## COMMENTARIUS.

1. Actionem ad pœnandam, jure civili integritatem, sicem est, non criminelem.
2. In actione criminali pœnæ extra ordinem constituitur, Civili electa, hæc conam, & contra.
3. Civiliter convenitur qua ratione infamiam effugiat: ubi quedam consuetudines receptæ.

Quomodo de furto, alisque maleficiis non tantum civiliter agi potest, sed etiam criminaliter, l. 1. de furto l. 1. de priv. del. ita etiam de quibus in-

(1) *DiB. l. 21. tit. 2. P. 1.*

injuria, hoc text. & l. ult. eod. In actione civili postulat actor, ut reus in tantam summam condemnatur, quanta ipse injuriam aestimat. Cæterum judex eam aestimationem moderari potest, si forte modum excedere actor videatur, nec ex vero rem metiri, sed ut plerumque fit, ex nimio amore & opinione sui, nebulam hic etiam objiciente iracundia, §. 7. sup. eod. Hæc autem poena uti pecuniaria est, ita ipsi applicatur atque adjudicatur actori. Et ideo hæc actio opposita criminali civilis dicitur, quamvis prætoriam sit ratione causæ efficientis.

- Porro quoniam opinione vulgi convitiis, maledictis atque exprobrationibus honor & fama alterius lædi creditur, & per revocationem opprobrii restitui, ex hoc errore nata videtur actio ad palinodiam seu recantationem, quæ cum actione injuriarum, quæ multa pecuniaria petitur, nunc ex more seu stylo conjungi & cumulari solet: nam jure civili Romanorum ea actio incognita est, Ant. Marth. ff. ad hunc tit. cap. 3. num. 7. Criminalem hanc esse actionem contendit Marant. part. 4. dist. 1. num. 10. Sed falso. Neque enim in hoc inscitatur, ut vel corpori poena infligatur, vel quicquam applicetur fisco: sed tantum ut honori & existimationi ejus, qui læsus est, consulatur, & alioqui cumulatio ista non admittetur, Myns. 2. obs. 98. Gail 1. obs. 65.
- Criminali actione postulat vindicta in exemplum publicum, atque extra ordinem ex causa & persona arbitrio judicis poena constituitur, reusque coercetur vel in corpus, vel irrogatione multæ, non parti, ut fit in judicio civili, sed fisco applicandæ, hoc text. d. l. ult. eod. Utram autem ex his persecutionibus actor elegerit, una alteram consumit: quia utraque ad eundem finem, id est, ad vindictam comparata est, l. 6. §. 1. eod. l. unic. C. quand. civil. act. crim. & ibi Bart. num. 2. (1) Sed & utroque judicio condemnatum sequitur infamia, l. 7. in pr. hoc tit. l. 1. l. 4. §. ult. de his qui not. inf. l. 18. C. eod. Quam tamen evitare reus civiliter conventus poterit, si curet, ut per procuratorem defendatur, l. 6. §. 2. d. sit. fac. ratio in l. 1. C. de sent. & interl. Addunt vulgo Interpretes, si ante sententiam definitivam aut utique ante litem contestatam, aestimationem injuriæ solverit, aut actori nolente recipere, apud acta deposuerit, arg. l. si reus 73. de procur. Gail 2. obs. 102. num.

12. & obs. seqq. per tot. Wesemb. paras. de his qui not. infam. num. 9. Quod nescio an juri nostro consentaneum sit. Nam textus in d. l. 73. de procur. commode accipi potest de iis, qui tantum damnati infames fiunt, non etiam qui & pacii, ut in causa injuriarum, cum etiam plus sit solvere, quam pacisci, arg. l. 4. §. ult. cum l. seq. junct. l. 7. de his qui not. inf.

Illud quoque non ex ratione juris, sed consuetudine ubique fere receptum est, ut judex ex causa sententiæ suæ honorem condemnato conservari possit, Gail. 1. obs. 65. num. 6. Wesemb. cons. 22. num. 26. Equidem non ignoro, juris esse, ut gravior poena ultra legem imposita existimationem conservet, quasi sententiæ de existimatione transactum sit, l. 13. §. pen. de his qui not. infam. l. 4. C. eod. Cæterum si sententiæ poenam ordinariam non excedat, valet legis auctoritas, l. 1. §. 4. ad SC. Turp. & regula tradita in l. non poteris 63. de furt. Donell. 18. comm. 8.

Viri illustres & per procuratores) Ad actionem civilem quod attinet, agere quis injuriarum & per se, & per procuratorem potest, l. 11. §. 2. hoc tit. criminaliter non potest, nisi per se, propter inscriptionem in crimen. Cæterum Zeno constitutione sua illustribus, veluti consulibus & Patriciis, & superillustribus personis, specialiter permittit, ut injuriarum judicium per procuratorem etiam criminaliter vel suscipere vel movere possint, l. ult. C. hoc tit.

IN HISPANIA poenæ injurianti infligendæ regulariter arbitrio relinquuntur Judicis, ut perspectis circumstantiis eas taxet, l. 21. tit. 9. P. 7. Nonnulli tamen sunt injuriæ, quæ certis in jure statutis poenis puniuntur, quales illæ, quæ famoso sunt libello de quibus sup. §. 1. item, quæ ægrotis inferuntur: & quæ exercentur contra sepulchra, ossave hominum in eis sepulta, de quibus agitur in l. 11. cum seq. eod.

Sed & aliz sunt, quæ certis puniuntur poenis, quas quia non ita infrequentes speciatim exprimendas duximus. Traduntur eæ earumque poenæ in l. 2. tit. 10. lib. 8. Recop. si nempe quis alterum offenderit eum vocans aliquo ex sequentibus nominibus: Goffo, id est, Leproso, Sodometico, Cornudo, Traydor, Herege; vel aliquam mulierem nuptam appellaverat; Puta, aliisve convitiis similibus. Qui ita fuerint convitiati ad



11. p<sup>er</sup>aliosodiam, seu recantationem adiguntur,  
 12. & ita ut coram Judice, bonisque viris  
 13. convitiis recantent intra terminum a Judice  
 14. p<sup>re</sup>scribendum: & insuper multantur poena  
 15. mille ducentorum marabotinorum (*maraboti-*  
 16. *no*), seu trecentorum solidorum fisco, &  
 17. injuriam passo pro partibus æqualibus sol-  
 18. vendorum. Si injurians fuerit nobilis, pa-  
 19. linodiam non canit: at poena pecuniaria  
 20. usque ad quingentos augetur solidos, &  
 21. alia simul poena, secundum persona-  
 22. rum & convitiatorum qualitatem a Judice  
 23. taxanda puniuntur. Vide *D. Covarr. lib. 1.*  
 24. *var. cap. 12.* & *Azeved. in d. l. 2. late*  
 25. *examinantes hanc materiam, ubi ille pra-*  
 26. *xi receptum ait, ut eisdem poenis punia-*  
 27. *ntur, qui aliquem convitiis causa, Judicio ap-*  
 28. *pellaverit: hic vero idem probat de eo*  
 29. *qui alium dixerit, Judicio vel Moro, ex illis*  
 30. *verbis legis: O otros denuestos semejan-*  
 31. *ester.*

1. Eadem *l. 2.* poenam decem mille  
 2. marabotinorum ut supra solvendorum sta-  
 3. tituit in eos, qui conversum ex falsa ali-  
 4. qua religione ad nostram veram christia-  
 5. nam, vocaverit, *Tornadizo*, seu *Marra-*  
 6. *mo*, qui si eam solvere nequiverint, quan-  
 7. tum potuerint solvent, & annum unum  
 8. detinebuntur in cippo, ibi: *Yaga un año*  
 9. *en el cepo*, nisi ante eum finitum, reli-  
 10. quum solverint: solutione etenim com-  
 11. pleta plenam consequentur liberationem.  
 12. Optima sane & nunquam obliteranda  
 13. poena ad frændos maledicos, qui adeo  
 14. laudabiles conversiones injustissimis op-  
 15. probriis mordent, atque impediunt! A-  
 16. nimadvertendum autem est verbum, *Mar-*  
 17. *raño* significare eum, qui ex Judæis de-  
 18. scendens, baptizatus & fideus christianus  
 19. est, *Azeved. d. l. 2. num. 254. cum seq.*  
 20. de cujus nominis ratione vide *Sebastia-*  
 21. *num de Covarruv. in Thesouro lingua Co-*  
 22. *stellana*. Unde si quis alteri convitiatus  
 23. fuerit hoc nomine aliam ei tribuens signi-  
 24. ficationem, non poena *d. l. 2.* sed alia  
 25. mitiori plectendus foret.

1. Et tandem ob injurias verbales mi-  
 2. nores iis, quas ex *d. l. 2.* modo recen-  
 3. suimus, poena ducentorum marabotino-  
 4. rum in favorem fisci decretur in *l. 3.*  
 5. *ead.* facultate concessa Judici, ut eam  
 6. augere possit juxta personarum, & inju-  
 7. riarum qualitatem.

## Qui tenentur injuriarum.

11. Non solum autem is injuriarum te-  
 12. netur, qui fecit injuriam, id est, qui per-  
 13. currit; verum ille quoque tenetur, qui dolo  
 14. fecit injuriam, vel qui procuravit, ut cui  
 15. mala pugno percuteretur (1).

## COMMENTARIUS.

Actio injuriarum non solum adversus  
 eum datur, qui se ipsa injuriam  
 fecit, verum adversus eum quoque,  
 qui subornavit aliquem, ut faceret, *l. non*  
*solum 11. pr. hoc tit.* puta, mandando, in-  
 stigando, consilium dando, *d. l. 11. §. 3.*  
 Add. quæ notamus ad §. 7. *supr. de mand.*

## TEXTUS.

## Quomodo tollitur hæc actio.

12. Hæc actio dissimulatione aboletur,  
 & ideo si quis injuriam dereliquerit, hoc est,  
 statim passus ad animum suum non revoca-  
 verit, postea ex poenitentia remissam inju-  
 riam non poterit recolare (2).

## COMMENTARIUS.

1. Remissa injuria adhuc peti posse impen-  
sas, &c.
2. Cur dissimulatione injuria aboletur.
3. An idem obtineat & in reali injuria.
4. Plures species tacite remissionis.
5. Annus in actione injuriarum utilissime intel-  
ligendus, an continuus: & ex quo tempo-  
re currat.
6. Actionem injuriarum ex lege Cornelia per-  
petuam esse.

Injuriarum actio tollitur remissione it-  
 juria. Eaque vel expressa, puta si quis  
 cum adversario paciscatur de lite, aut  
 transigat: quod in actionibus, quæ ex con-  
 tractu proficiuntur, facere licet etiam abs-  
 que infamia nota, *l. 7. hoc tit.* atque hoc  
 modo ipso etiam jure hæc actio tollitur,  
*l. 17. §. 1. l. 27. §. 2. de pass. l. 17. §.*

(1) *L. 10. d. tit. 9. P. 7.*| (2) *L. 22. eod.*

adversario injuriam remitti posse, censent  
 1 juris nostri Interpretes. Cæterum remissa  
 injuria, nihilominus peti possunt impensæ  
 curationis & pretium intermissarum opera-  
 rum, si forte vulnus illatum, membrum  
 aut os fractum. Quippe quæ ob damnum,  
 non ob contumeliam debentur, l. 15. §.  
 46. eod. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 58. num.  
 38. Covarr. 2. resol. 10. num. 7. Gomez 3.  
 resol. 3. num. 37. Vel tacita, veluti si quis  
 sine ullo offensæ aut commoti alienative  
 animi indicio injuriam excepit, ut hic docet  
 Justinianus ex Ulpiano in d. l. 11. §.  
 2. 1. *hoc tit.* ubi Jurisconsultus ait, injuria-  
 rum actionem ex bono & æquo esse, &  
 dissimulatione aboleri, si quis injuriam il-  
 laræ statim ad animum non revocaverit.  
 Quibus verbis significat, dissimulationem  
 esse speciem quandam condonationis & re-  
 missionis injuriæ; iniquam autem esse re-  
 peti, quod semel remissum est. Et profes-  
 so cum actio injuriarum non persequatur  
 2 damnum aliquod pecuniarium, sed tantum  
 ad vindictam tendat; is qui dissimulat,  
 nec ad animum injuriam revocat, eam in-  
 super habere videtur, & tacite condonare  
 ac remittere: atque hinc est, quod clau-  
 sula hæc libello inseri solet, quod actor  
 injuriam sibi factam ad animum revocave-  
 rit. Hoc autem obtinere quidam volunt in  
 3 injuria verbali duntaxat. In reali vero, pu-  
 ta si vulnus inflictum, si quis fustibus cæ-  
 sus, conjecturam illam non sufficere, Tul-  
 den. *hic, cap. ult.*

4 Dissimulationis quoque & tacite remis-  
 sionis species quædam videtur, si quis cum  
 eo, a quo injuria affectus est, familiariter  
 postea fuerit conversatus, Clar. §. *injuria*,  
 num. 10. Damhoud. *prax. crim. cap. 136.*  
 num. 10. Utique si sponte & motu pro-  
 prio (1). Nam verbi causa, si ad commu-  
 ne convivium vocatus cum adversario ve-  
 nerit, non ideo censetur remissa injuriarum  
 actio. Item, si injuriam passus lite non in-  
 stituata decesserit; nam ideo heredi ejus  
 non datur (2), cum cæteræ actiones pœnales  
 etiam heredibus competant, l. 13. in *pr.*  
*hoc tit. §. 1. infr. de perp. & temp. act.* Et  
 denique, si tempus instituendæ huic actioni  
 prænitent elabi passus sit, annum nimitum  
 unum, l. 17. §. 6. in *fin. hoc tit. l. 5.*  
 C. eod. Utrum autem hic annus continuus  
 sit, an utilis ambigitur. Continuum intel-

mac, Clar. d. §. *injuria*, num. 9. Myns. 5.  
*obsero. 7.* de jure tamen verior videtur sen-  
 tentia eorum, qui utilem accipiunt, per  
 text. in l. 14. §. in *causa 2. quod intr. can.*  
 & facit quod in cæteris prætoriiis annualibus  
 annus utilis intelligitur, ut constat ex edi-  
 ctis, quibus proponuntur. Dicitur autem  
 tempus utile cum ratione decursus, ut in  
 eo non computentur dies, quibus experien-  
 di, aut judicis adeundi potestas non est,  
 l. 1. in *fin. de divers. & temp. præscr. l. 3.*  
 §. *ult. de accus. tum ratione initii*, quod  
 non incipiat currere ignorantia aut experiri  
 impedi o, d. l. 1. de *div. & temp. præscr. l.*  
 2. *quis ord. in bon. poss.* atque hoc saltem  
 respectu utilem hic annum accipiendum,  
 qui a die scientiæ demum currat, contra  
 Oldend. *class. 7. act. 10.* Schneid. ad §. *red*  
 & 8. *hoc tit.* & alios quosdam, recte do-  
 cent Gail 2. *obsero. 105.* Myns. 5. *obsero. 7.*  
 num. 7. Fachin. 9. *contr. 8.* Plane quod  
 dicimus, actionem injuriarum anni spatio  
 finiri, id tantum pertinet ad actionem  
 prætoriam: nam eam, quæ ex lege Corne-  
 lia injuriarum competit, verius est, per-  
 petuam esse, uti sunt & cæteræ, quæ ex  
 legibus & jure civili descendunt, *infr. de*  
*perp. & temp. act. in pr. Clar. d. §. injuria*,  
 num. 9. Marant. *par. 4. distinct. 1. num. 59.*  
 Fachin. 9. *contro. 7.* Non obstat huic sen-  
 tentiæ l. 5. C. *hoc tit.* Nam illa non de om-  
 ni injuria loquitur, sed de verbali duntaxat:  
 quo nomine constat ex lege Corne-  
 lia injuriarum agi non posse.

» IN HISPANIA omnium injuriarum 2-  
 » actio. anno uno finitur: generaliter etenim  
 » loquitur l. 22. *tit. 9. P. 7.* quæ hunc  
 » constituit terminum, Gomez 3. *var. cap.*  
 » 6. num. 15. Neque ullæ apud nos actio-  
 » nes prætoriz; sed omnes lege constitu-  
 » tæ sunt. Annum autem his actionibus præ-  
 » finitum, utilem esse ratione initii, &  
 » continuum ratione decursus, probabilius  
 » censemus. Quamvis enim verba illa d. l.  
 » 2. *Desde el dia que le fuere fecha la der-*  
 » *bonra*, videantur probare etiam quoad  
 » initium annum debere esse continuum, ut  
 » ignorantia quoque currat: ea tamen quæ  
 » sequuntur: *Porque puede ome armar, que*  
 » *no se tuvo por deshonrado, pues que tanto*  
 » *tiempo se calló, &c.* sat manifeste contra-  
 » rium suadent, ut recte consideravit Gre-  
 » gor. Lop. in *gloss. 2. ejurd. l. 2.*

TI-

(1) *Dist. l. 22. tit. 9. P. 7.*

(2) *L. 13. eod.*